



Universitätsbibliothek Paderborn

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

11 Impetratio beneficii est facienda cum expressione obtentorum, & veri valoris, ac pensionis alterius beneficii, alioquin gratia redditur nulla.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

conferendo ut alicui incertæ personæ conferetur, cap. in cui. eod. tit. in 6. aut scri-
beatur pro incertis personis de incertis
beneficiis providendo, tribuendo faculta-
tem admittendi resignationes, & bene-
ficia per resignationem hujusmodi vacan-
tia, ut beneficia sex clericorum cedentium,
vel decendentium personis idoneis conse-
rendi, cap. dudum, & cap. quamvis, il. 2. de
prab. in 6. & aliis diversis modis, ut in cap.
Abbatem. & ibi glo. in ver. facerent de re-
script. cap. si pro te eod. tit. in 6. cap. si super
gratia. c. is cui. de off. deleg. cap. si Apostolica.
de prab. cap. capitulo, de concess. praben. ubi-
que in 6. & Rot. decis. 11. & 13. de prab. in
nov. † nullum tribuebant jus ante illorum
executionem, quia mandatum de provi-
dendo non habet vim provisionis. Paris.
conf. 57. numer. 53. & conf. 79. numer. 13. &
14. vol. 4. & Put. decis. 256. in fin. lib. 1. &
non ligat manus habentis facultatem con-
ferendi, quominus provisio per eum post-
ea facta valeat. Ro. conf. 256. Rot. decis. 7.
de prab. in nov. decis. 25 de concess. praben. in
antiqu. & Staphil. demand. de provid. §. pri-
ma igitur forma num. 2.

Provisiones autem, † in forma dignam,
sunt gratiæ perfectæ quarum vigore, con-
stituto de idoneitate, nisi ante datam littera-
rum reperiatur alicui jus quæsitum, quod
expresse reservatur, ultra quod † semper
intelligitur reservatum cap. quamvis in fin.
cap. si propter de rescript. in 6. Felyn. in c. 1
capitulum. n. 16. vers. adducitur ratio, de re-
script. & Gomel. de non toll. jur. quæf. num.
1. quæf. 2. tribuunt jus, ita quod de potesta-
te ordinaria alteri conferri non potest, &
parificata gratia per examen, perinde est,
ac si tempore datæ fuisset facta collatio, ut
in clausula circa finem litterarum apponi

solita: Nos enim si dictus N. ad hoc reperi-
tus fuerit idoneus, ut præfertur, ex nunc it-
ritum decernimus, & inane, si secus super
his à quoquam, quavis auctoritate, scien-
ter, vel ignoranter contigerit attentari, ac
si die datæ præsentium eidem ad id reper-
to idoneo de dicta ecclesia cum interposi-
tione decreti hujusmodi niandavissimus
provideri, † quia decretum irritans omnia
in contrarium gesta annulat ipso jure. cap.
si eo tempore de elect. in 6. cap. quodam de
prab. eod. lib. Gomel. de trien. poss. quæf. 49.
numer. 3. & Cassad. decis 3. de decret. in re-
ser. numer. 1. quæ procedunt de plano,
quando † nullus reperitur contradictor,
si verò aliquis se gerat pro possessore quo-
modocunque titulato, tunc est vocandus,
cum nemo à sua possessione sit repellen-
dus, nisi citatus, c. placuit. 16. q. 6. nec, lite
pendente, potest quis sua possessione pri-
vari, c. 1. in fin. & ibi Abb. n. 1. & 8. ut lit. pen.

Non enim prohibetur quis † suam pos-
sessionem continuare. cap. cum teneamus,
de appell. gloss. in Clem. 2. in verb. innovari.
ut lit. pend. Dec. in cap. significante. num. 5 de
appell. & Rot. decis. 10. de appell. in antiqu.
potest enim possessor contra actorem op-
ponere de subreptione, quæ ipso facto vi-
tiat gratiam cap. 2. de fil. presb. in 6. & Abb.
in cap. cum nostris numer. 11. de concess. prab.
† Nam pluribus de causis gratia Aposto-
lica ad beneficia redditur nulla, si quis ta-
ctet exprimenda, quia impetrans † tenetur
facere mentionem de alio beneficio, quod
obtinet, quantumcumque minimo. cap.
cum adeo. & ibi glo. in ver. præbenda. cap.
postulasti. cap. si proponente de rescript. c. non
potest in prin. & cap. si motu proprio. de prab.
in 6. Felyn. in cap. ad aures. num. 5. de rescr.
& Gomel. super reg. de valo. expr. in impetr.

Aa 3 benef.



benef. in prefa. numer. 3. & etiam exprimere pensionem sibi reservatam Card. in cap. ad audientiam. 2. in quarta oppositione. de rescr. & licet videatur, quod in gratia facta motu proprio taciturnitas obtentorum non reddat gratiam nullam. ut d. c. si motu proprio. Felyn. ind. cap. ad aures. num. 6. & Go-
12 mes. eod. num. 3. dispositio tamen † dicti c. si motu proprio, fuit correta per Sextum V. in Reg. Canc. 50. de exprimendo vero valore, ubi super expressione veri valoris, & obtentorum idem statuit de beneficijs motu proprio collatis, quae de beneficijs, quae ad supplicationem conferuntur, ut etiam disposuit Clemens Papa VIII. in reg. ejusdem Canc. 54. quapropter in quibuscumque gratijs, tam motu proprio factis, quam alijs, provisi tenentur exprimere verum valorem, tam beneficij impetrati, quam obtentorum ex supra deductis.

13 Quæri autem potest, quando † in litteris apponitur clausula, dummodo ipsum ad hoc idoneum esse repereris, super quo conscientiam tuam oneramus, an executor teneatur vocare partem ut assistat examini, & videtur, quod sic, quia executor super idoneitate debet pronunciare Lap. alleg. 15. nu. 5. & Paris. conf. 57. nu. 51. vol. 4.

14 At semper in actu præjudiciale † pars, de cuius præjudicio agitur, est vocanda. l. de uno quoque. de re jud. l. in concedendo, & l. in diem ff. de acqu. plu. arc. cap. Ecclesia Sanctæ Marie in fin. de constit. cap. inter qua tuor. de majorit. & obed. cap. 1. de caus. poff & propri. cap. cum olim. de testam & clem. pastorali. 5. denique ver. dici ne de re jud. cum collatio
15 dependeat ab approbatione, vel reprobatione, & reus possessor vincat per non jus auctoris, etiam si de non jure rei fuerit probatum. cap. olim. in fin. de rescript. glo. fin. in

cap. unic. de eo qui mit. in possiss. in 6. Romi cons. 347. num. 1. & num 5. Compostell. in cap. mandatum. num. 4. de rescript. Felyn. in d. cap. olim. num. 9. eod. tit. & Rota decis. 2. num. 2. de except. in antiquior. Tamen in dicto examine in litteris Apostolicis collationis beneficiorum sibi commisso pattem vocare non tenetur, quia examen hujusmodi non est actus judicialis. Innoc. in cap. fin. in fin. de translat. Pralat. Card. in Clem. 1. de off. deleg. Rota. decis. 4. nu. 3. de sent & re judic. in antiqu. & Felin. in cap. fin. numer. 36. de presumpt. In contrarium verò adducta procedunt in actu judiciali.

16 An autem delegatus † pro examine hujusmodi faciendo possit delegate, si in litteris sit apposita clausula, conscientiam tuam onerantes, quia videtur electa industria personæ, subdelegare non potest. l. nulli C. de Episc. & cler. Imol. in cap. si. de off. deleg. Alex. in l. à judge. num. 4. C. de jud. & Rota decis. 18. in fin. de concess. præb. in nov. stantibus presentim verbis, constito tibi, & conscientiam tuam, &c. Felyn. in d. cap. fin. in fin. de off. deleg. tamen, si examinandus esset in partibus longinquis absens, & executori cognitus, illius examen alteri committi posset ex alijs deductis in dict. decis. 18. numer. 4. quando verò non apponitur clausula, conscientiam tuam onerantes, vel collatio auctoritate ordinaria fieri debet, examen super idoneitate poterit subdelegari clem. uni. de off. deleg. & Rota decis. 4. in fin. de sent. & re jud. in antiqu.

17 Quid autem de clausula, † dummodo tempore datæ presentium non sit alicui specialiter jus quæsitum? Quia, ut supra deduxi, jus quæsitum tertio semper intelligitur reservatum, yideretur nihil operari, quo-